



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

TRACTAT. 57

us sumuntur. Hec autem Epistola, qua in dedicatione Ecclesie legitur de Apoc. sumitur: Vidi sanctam Apo. 21. ciuitatem nouam descendentem de caelo, &c. Ubi ostenditur, quomodo Ecclesia militans triumphanti Ecclesie conformatur. Sicut scribitur in Exodo: Inspice, & fac secundum Exo. 25. exemplar quod tibi in monte monstratum est.

CAP. XXII.

Lecta Epistola Graduale dicitur, quia post Ioannis predicationem Christum discipuli sequebantur. Unde à gradiendo Graduale dicitur. Unde in Ioanne scribitur: Audierunt duo discipuli Ioannem loquentem, & sequuti sunt. Erat autem Andreas, frater Simonis Petri, &c. Aut Graduale forte siue Gradale dicitur, quoniam in gradibus ante Altare cantatur. Significat autem Graduale poenitentiam, unde

Hoc capite cur lecta Epistola Graduale dicitur, quid eiusdipsum significet, demonstrat. Ioan. II.

Psal. 83.

unde in diebus illis qui ingem praesigurant latitiam, ut inter Pascha & Pentecosten, non dicitur: unde & duplex Alleluia dicitur. Illi ergo mysticè Graduale canunt, qui in valle lachrymarum positi de virtute in virtutē gradatim ascendentes has in corde disponunt. Id aut dicitur Responsorium, eo quod uno praeciente vel pluribus, ipsis respondeat chorus. Subiungitur Versus, a vertendo dictus: aut quia dicto versu frequenter à versu ad Responsorium, maxime in maioribus ecclesijs, quarum morem prosequimur, sit reverentio: vel quia nos ad Orientem vicinius versum cantando. In dedicatione tamen Responsorium ut versus dicitur, ut ex suavitate melodia populus in mentis dulcedinem excitetur. Unde in Esdra scriptum est:

3. Esdr. 5. Steterunt Sacerdotes in ornatu suo cum tubis, & Levitæ filij Asaph in cym-

cym-

*cymbalis ut laudarent Deum. Et sequitur, Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando dominum, in eo quod fundatum est templum domini. Et quia non est vera pœnitentia sine interiori letitia, ideò nemo indignetur mihi si in Responsorio accipiam pœnitentiã, quæ sequitur ad Epistolæ lectionem, hoc est, ad prædicationem, Ioannis & mentis letitiam, quæ designatur in melodia canore dulcedinis, quòd fortè significabat illa confusio, de qua in Esdra legitur: Mul-
3. Esdr. 5.
*ti vociferantes in letitia leuabant vocem, nec poterat quisquã agnoscere vocem clamoris latantium, & vocem fletus populi. Et de utroq; in Luca: Lamentauimus vobis, & non
Luc. 7.
 plorastis; cantauimus vobis, & non saltastis. Si enim ad litteras seculares recurrimus, & quæ de Musica modulatione dicta sunt ad inuicẽ
 confe-**

conferamus, apparebit in promptu
quàm sæpè iracundias cãtilena re-
presserit, quàm multa in corporum
vel in animorum affectionibus mi-
randa perfecerit.

CAP. XXIII.

Hoc ca-
pite agit
de Alle-
luia, tra-
ctu & se-
quentia.

Post hæc sequitur Alleluia.
Adorabo, &c. Alleluia He-
braicum est, & interpretatur Lau-
date dominum. Tres enim lingua
sunt, quæ inter alias excellunt. He-
bræa propter legem, Græca propter
Sapiëntiam, Latina propter regnũ
& his tribus claruit crucis titulus,
& in his tribus Missa cantatur: nã
Kyrie eleison græcum est, O sanna,
Sabaoth, Alleluia, Hebraica. Post
Graduale ergo dicitur Alleluia,
quia post pœnitentiam ineffabilis la-
titia. Psalm. Qui seminant in la-
chrymis, in exultatione metēt. Eui-
tes ibant & flebant, &c. venientes
autem ventent, &c. Remansit autē

hoc